



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

198. An panis ex amylo, seu amido sit materia apta Sacramenti  
Eucharistiæ? Et adducitur modus faciendi Hostias in Sardinia? Ex part. 10.  
tract. 16. & Misc. 6. res. 39. alias 38. p. 115.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

# Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CXCVIII. &c. 115

de *Sacrament.* lib. 2. cap. 1. dub. 1. nnm. 8. & Fagundez  
in *præcepto.*; *Ecclesi.* lib. 2. c. 1. n. 12. docet, quod tanta  
potest esse *compreßio*, ut panis *vſualis* non sit, nec  
materia *conſecrabilis*; imo, & ut *speciem* panis mu-  
ter iterum in massam. Respondeo secundo, esse di-  
ſparem rationem inter *vtrinque* calum: nam mica  
panis madefacta calore tantum digitorum difficile  
potest in massam crudam transmutari: sed in nostro  
casu, ex potentia, & vi ignis agentis, panis ille vere  
efficit quoddam miftum artificiale, diuersum quid  
à pane *vſuali*, vnde vulgo vocatur, *Mineſtra*: ergo  
non erit amplius materia *conſecrationis* corporis.  
Si tamen omnia supradicta virtus doctis non place-  
bunt, eis libenter adhæream, & ſufficiet mihi illis  
materiali ſpeculandi præbuſſe.

## RESOL. CXCVIII.

*An panis ex Amylo, seu Amylo ſit materia apta Sa-  
cramenti Euchariftia?*  
Et adducitur modus faciendi *Hoftias* in Sardinia. Ex  
part. 10. tr. 16. & Mifc. 6. Ref. 39. alias 38.

§. 1. Prima ſententia affirmit, ita Paludanus in 4.  
*difp. 11. difp. 1. art. 4. concl. 5.*, quia id fit ex ſub-  
ſtanciā, & medulla tritici, Henriquez etiam lib. 8. c. 9.  
putat amylo eſſe aptum, ſi ex illo toſto, & in farina  
redacto nouis conficiatur panis; pro qua ſen-  
tentia citat *Caietanum*, & *Sotum*; quod Adamo  
Tannerio *difp. 5.* de *Eucharift.* 2. dub. 3. non videtur  
improbabile; Quod idem putat Palaus, *tom. 4. tr. 21.*  
*part. 4.* qui ſuam ſententiam vocat tantum proba-  
biliorem.

2. Secunda ſententia negat, ita tenent Docto-  
res, quos citat, & sequitur Leandrus de *Sacrament.*

*tom. 2. tr. 27. 7. difp. 8. q. 9.* quibus ego addo *Palaum* vbi

*ſupra*, *Martini* de San Ioseph in *Mon. Confess.* *tom. 1.*

*lib. 1. tr. 22.* de *Eucharift.* *num. 1.* Dicatillum de *Sa-*

*crament.* *tom. 1. tr. 22.* ... *difp. 2. dub. 2. n. 25.* qui cum

aliis putat, hoc eſſe verum, etiam ſi admittamus, non

differre ſpecie physica à pane. Ratio vero eſt, quia

non conſetur panis communis, & *vſualis*, nec ſimi-  
pliſter panis; & ſane cum ex tritico madefacto ex-  
primatur aqua non modica, corrumpit videtur inde  
refulare; cuius indicium eſt terribilis odor aqua,  
qua madeficit, & ipsius etiam tritici. Hac autem cor-  
ruptioni videtur alterius rationis, quam ea, qua fit  
cum conteritur inter molas molendini, qua contri-  
tio per ſe requiritur ad panem; & ſane corrumpit  
illa, qua fit amylo, non tendit ad panem, qua fit in  
molendino; facta autem ea corruptione, (proinde  
atque cum fit ex vino acetum,) non manet ſimpli-  
citer forma, nec panis ſimpliſter, & ideo neque ido-  
nea materia conſecrationis. Cuius etiam corruptioni  
ſignum eſt non leue, quod panis confeſtus ex  
amylo diuerſae virtutis eſt, quam ſi fieret ex ipſo tritico  
mola contrito. Adde, quod non ſufficeret eſſe  
eiusdem ſpeciei cum pane *vſuali*, niſi ſi ſimpliſter  
panis, qualis diximus non eſſe confeſtum ex amylo.

3. Tertia opinio diſtinguit, quam nouissime  
tuetur Augustinus Bernal, de *Sacrament.* *difp. 27.*  
*ſel. 2. num. 17.* Vel enim amylo eſt perfectum, &  
absolutè amylo, & ex hoc non videtur poſſe fieri  
materia conſecrabilis, quia non videtur poſſe fieri  
verus, & *vſualis* panis. Nam ad perfectum con-  
ſciendum amylo ponitur triticum in aqua per plu-  
res dies, & tunc plane videtur ſubſtantialiter cor-  
rumpi: tunc quia continua illa madefactio, & hume-  
ractio valde contraria eſt ſiccitatī grani inclusa,  
ſamque penitus deſtruit, tam deinde quia triticum

ipſum aſcēſit, & pellitum odorem emittit, tum de-  
mum quia maſſa ex amylo confeſta valde inſipida  
eſt & minimè panem ſapit, aut redoleat. Qua omnia  
ſimil sumpta indicate tantam corruptionem quan-  
tam ſubit vinum, dum in acetum abiit.

4. Vel amylo eſt imperfectum ſolum modo,  
& inchoatum, ita ſcilicet ut ex tritico per aliquod  
breue tempus madefacto, & emollito, & minimè  
feciſto, vel acido exprimatur laetere humor, & ex  
illo amylo. Ex hoc enim amylo naturali aqua ſub-  
iecto, & ad calorem ignis allato fieri panis conſer-  
ationi aptus. Nam & retinebit ſubſtantiam, & mo-  
dum eſſentiale panis tritici, & *vſuali*, etiſi ſupra  
communem delicatioris, & pretiosioris. Hac enim  
circumſtantia non officit, fed potius in Sacramenti  
reuerentiam cedit. Siue non definit Rex, aut Princeps  
alius panem triticeum comodere, propriea  
quod ex arcite flore, qui polleni dieſi ſollet ſubtiliſ-  
tate, & artificio viſiſſime collecto panis ei conſiciatur.  
Addo cum eisdem, materiam itam, non ſolum poſſe  
eſſe validam, ſed etiam licetam, vbi eius viſus exiſtat.  
Similiter enim alium in Sardinia viſere viri graues,  
& fide digni reſerunt, nempe conſidiendi holtias ex  
maſſa confeſta & humore laeteo ex ſimila madefacta  
exprefſo, poſt exſicationem aqua naturali in maſſam  
redacto, & iuxta communem hoſtias faciendi  
modum ad ignis calorem cocto. Hucusque Bernal.  
Sed ego non recedo a ſententia negativa ſuperius  
poſita, & certum puto ex omnium ſententia eſſe  
peccatum mortale in pane ex amylo confeſto Eu-  
chariftiam conſecrare; nam ſaltem eſt materia du-  
bia, ſicut ex hac ratione eſſet peccatum grauiſſimum  
conſecrare in Tipha, ſeu fecala, quia valde dubium  
eſt Tipham eſſe veram ſpeciem tritici; alij negant,  
alijs affiſmant, & ſic de ſimilibus.

## RESOL. CXCIX.

*An eſſa panis ſit materia utrinque, vel alterius con-  
ſecrationis?*

Et pro firmando doctrina huīis questionis que tota eſt  
ſubtilis, curioſa & docta, aliqua alia obiiciuntur, v.g.  
quod vinum congeſtum poſſet conſecrari, quamus  
non ſi proxime poſtabile, niſi priuſi liqueſſat & quod  
moſtum in uīis inſclusum non eſt materia conſecrabi-  
lis, quia ſuicuſ in uīis inſclusum in ipſis acynis nondam ex  
illis expreſſa, non eſt proprie demonstrabilis, &c.  
Et notatur particulas oppofitas in Tabernaculo non eſſe  
conſecrables.

Et an ſi Hoſtia in claſſo calice conſineantur, non ſi de  
conſecratione earum dubitandum?

Et quid, ſi in aliqua arca magna, eaque claſſa pau-  
cale conſineantur Hoſtiae, aut catarua vini reſerve-  
natur, an valeat ſuper his conſecratio? Ex p. 9. tr. 8.  
& Mifc. 5. Ref. 66. alias 65.

§. 1. Cuius eſt curioſus, & inter duos viros Do-  
ctiſſimos agitatus, videlicet, inter Eminen-  
tiss. Cardinalem de Lugo, & P. Ioannem Dicatillum.  
Ratio dubitandi eſt in primis pro Pane, quia adhuc  
perſequetur in ratione Panis, & per modum cibi: ergo  
nihil deficit, ut poſſit conſecrari. Pro vino vero, quia  
etiam ſit intra potos, ſeu foramina panis, adhuc eſt  
vinum, & quia in vaſculis, ſeu receptaculis. Nam ſi  
fierent ex metallo, auro, argento, aut alijs materia vaſ-  
cula tam parua, ſicut ſunt poti, & cavitates panis, &  
dicerebant verba Sacerdos cum ſufficienti intentione, &  
alijs requiſitiſ ad valorem, non appetet cur nega-  
dum ſit, conſecrationem valere: parum ergo referti,  
quod vaſcula, & receptacula ſint ex pane.

K 4 2. Verum